Bulle de Clement 6.

touchant le fait des Monnoyes
Du mois de Mars 1342.

In nomine domini amen hoc est Transcriptum litterarum felicis recordationis Clementis divinæ providentiæ Papæ Sexti vera bulla plumbea ejusdem in filis sericis more Romanæ curiæ bullatarum sanarum et integrarum omni vitio et suspicione carentium ut prima facie apparebat continentis hanc formam Clemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam prodiens quasi ad ipsa ex iniquitatis multorum sceleratorum fomenta cupiditas in eos perniciem præcipitare conatur dum sequi ejus miserabilem ingluviem satietatis nescientem moderamina non verentur ipsi etenim turpium lucrorum sectatores innumeregentes ambitionis nexibus

Involuntatuo deitimorem dannabili excitale postponunt et quasi in tenebris ambulantes non vitam excidia personarum imper siquidem ad nostri apostolatus auditum multorum velutio fide digna perduxit quod nonnulli nullam habentes authoritatem juris vel consuetudinem seu privilegium facindi monetam falsam cudunt et fabricam in regno franciæ et locis circumvicinis. alii vero monetam fabricatam sub signo vero carissimi in Xristo filii Ioannis Regis franciæ illustris studiose depravant et ex hoc cadit a suo recto pondere argenti quam plures etiam in locis circumvicinis quibus de jure aut consuetudine seu privilegio jus competit fabricandi monetam signum proprium monetæ Regiæ moneta sua quam fabricant imprimere seu insculpere nituntur ac ejusdem quantitatis et rotunditatis ac litterarum

figuræ quam habet moneta regiæ
monetæ suæ quam fabricium quantum
possunt similius speciem et formam
insculpunt constituunt et imponunt
quamuis monetæ prædictæ eorum ad
usurpatam similitudinem perductam
deficiat a iusto pondere argenti et
solito in regia moneta et more et
consuetudine obseruato simplices
tamen et populares personæ non
habentes inter monetas tantæ
similitudinis peritiam discernendi
falluntur quotidie ea occasione in
usu monetarum recipientes monetas
falsis assimilatas pro veris sunt et alij
qui scientes falsas monetas extra regnum
prædictum emunt et post infra
regnum ipsum eas portant vendunt
et expendunt. nos igitur attendentes
quod eidem falsarij et fabricatores
monetarum talium et emptores prædicti
per hoc se dignos maledictione

Constituimus eos qui ut premittitur premissa molliri aut fabricare aut Emere uel portare ad regnum predictum Scienter presumpserint felicis recordationis Ioannis Papae xxij predecessoris nostri uestigiis inhaerentes excomunicationis Sententiae innodamus absolutione praedictorum nobis et nostris Successoribus preterquam in mortis articulo reseruata nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae innodationis infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum Datum apud Villam nouam Auinionem Sic Diocesis tertio idus Martij Pontificatus nostri anno primo. /.